



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

24 An excuset hæreticus supradictam pœnam confiscationis bonorum, eo  
quod resipuerit, vel misericordiam postulauerit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

cant. Confinitio. Cognitio huius criminis Pontifici, eiusque ministris conuenit, & nullo modo potestatis secularibus, ut habetur in *suprad. cap. v. inquisitionis*. Ergo etiam applicatio bonorum hæreticorum solum Pontifici, & quibus ipse facultatem dederit, pertinet; quia hæc accessoria est primæ cognitioni, vel potius condemnationi. Accessorium autem iuxta naturam principalis iudicandum est, *cap. accessorium, de regul. iuris in. 6.*

3. Secundo præmitto sæpe Pontificem constitutiones suas dirigere ad aliquas speciales provinciales, vel personas: quo non obstant leges sunt vniuersales pro tota Ecclesia; ut constat ex pluribus legibus insertis in corpore iuris, quæ specialibus personis erant directæ. Fateor ergo plurimas esse constitutiones à Pontifice latas in fauorem sanctæ inquisitionis, quæ Inquisitoribus tantum ordinis Prædicatorum, vel Inquisitoribus Italia, vel Lombardia directæ sunt, ut videtur in iis, quas refert *Pegna in fine directæ*. at inde non debet inferri obseruandas non esse ab Inquisitoribus totius orbis; aliis plurima illis prouilegia concessa conueniunt. Ratio autem, quare debeant obseruari & vim legis habere, ea est, quia in *cap. ult. de hæretic. in 6. & clam. 1. §. ult. de hæretic.* cauetur omnes constitutiones, & extraneas contra hæreticam prauitatem editas, etiam si in corpore iuris non continentur, obseruandas esse, & ita notatur optimè *Pegna directæ. 2. p. cap. 158. circa medium, vers. præterea* Farinac. *de hæres. q. 190. n. 173.*

4. His positis Innocent. III. in *cap. v. genensis de hæret.* statuit bona hæreticorum confiscari, & in terris Ecclesiæ, sive Ecclesiæ applicari. In terris verò Ecclesiæ temporariæ non subiectis sive iudicis secularis, etiam si condemnati filios habeant catholicos. Postea verò in *cap. excommunicamus, et 7. §. damiani, eodem de hæretic.* supra dictam constitutionem limitant in bonis clericorum, ea non Ecclesiæ sive, sed Ecclesiis, à quibus sequuntur recipientur, applicentur. Ceterum Innocent. IV. quem sequitur est Alexand. IV. & Clemens IV. in sua constitutione edita anno. 1252. cuius initium est, *Ad extirpanda*. cuiusque meminit *Pegna in suprad. loco. & in fine directæ* & Farinac. *num. 176.* trimembrem fecit bonorum confiscatorum diuisionem: & primam statuit applicandam esse in commune ciuitatis, seu loci, in quo delinquens damnatus, vel bona illius sita sunt. Secundo in fauorem, & expeditionem officij inquisitionis danda esse officialibus qui tunc negotia ipsa peregrinent. Tertio ponendam in aliquo tuto loco, secundum quod dictis dicecetano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur referenda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos. Neque audiendus est Bursatus, qui *conf. 8. lib. 3.* scriptum reliquit has constitutiones solum in Italia obligare, non extrâ. Item non esse satis authenticas, vel vti receptas comprobat manifestè *Pegna. dict. comm. 158. vers. ego verò, & Farinac. quæst. 190. à num. 178.* Illis tamen nullo modo est derogatum constitutione Alexand. IV. edita anno 1260. incipiens, *Descriptio vestra*, de qua meminerunt *Pegna & Farinac. supra*, ubi asserit Pontifex bona publicata, seu confiscata, & in posterum confiscanda, seu publicanda eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conferretur. Nam præterquam quod de casu speciali loquitur, & de parte illa, quæ sive Ecclesiæ applicanda est, siquidem est de bonis hæreticorum in provincia Romana existentium, constitutione Clementis IV. qui proximus Alexand. fuit, trimembris illa diuisio Innocent. IV. firmata est; quod id ipsum fecit Eugen. IV. in sua constitutione edita Bononiæ anno. 1438. 17. kalend. Februar. quæ incipit, *Sedis Apostolicæ prouidentia*, quam ad verbum refert Farinac. *dict. quæst. 190. num. 178.* Quapropter hæc trimembris diuisio omnino retinenda est, dum aliud à Pontifice non fuerit statutum: & ita tenet *Pegna dicto comm. 158. post medium, vers. quare ut ad institutum*. Decian *tra crimen lib. 5. cap. 44. num. 2. vers. hodie tamen*. Lælius Zechius in *sum. 1. p. rub. de hæres. c. 11. n. 16. vers. undecima pena*. Aduerto, tamen ut hæc trimembris diuisio locum habeat, debent domini temporales Inquisitoribus eorumque ministris necessaria pro expeditione officij sanctæ Inquisitionis suppeditare: iuxta constitutiones Innocent. IV. Alex. IV. & Eugenij aliis sanctæ Inquisitionis officio, & Inquisitoribus omnia erunt applicanda; quia cessat ratio quare illa tertia pars dominis temporalibus applicetur: & ita tenet *Pegna dicto comm. 158. vers. cum autem in multis locis*, Farinac. alios referens, *dict. q. 190. n. 185.*

5. Dixi hæc trimembrem diuisionem seruandam esse, dum aliud à Pontifice non fuerit statutum: quod dixi tum propter bona clericorum ab Ecclesia in stipendium accepta, quæ non sive, neque Inquisitionis officio, sed Ecclesiis, à quibus recipientur, applicanda sunt: iuxta textum in *excommunicamus de hæreticis*. Tum quia in pluribus locis aliud videtur cautum, quod ex consuetudine factis recepta non leuiter colligitur. In primis enim in Hispania omnia bona hæreticorum sive regio applicantur: & merito; quia Catholicissimus Rex Inquisitoribus, & eorum ministris, abundè suppeditat, & quidquid necessarium est ad promotionem sancti officij, ex suo (si opus est) patrimonio erogat: & ita testatur Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 9. num. 12.* Simanc. *de eccl. institut. tit. 9. n. 732.* Clatus in *pract. crim. §. hæres. num. 11. vers. sed hoc Nauar.*

*conf. 2. num. 1. ad fin. tit. de hæreticis*. Card. Tufchus *pract. conc. verbo hæreticus concl. 102. num. 15.* Salzedo ad Bernard. Diaz. *c. 11. vers. hæreticus, & vers. quæ quid in opinio*, Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum*. *Pegna dicto comm. 168. vers. hinc consequitur*. Iacob. de Grassis *lib. 2. decis. cap. 11. n. 13. vers. verum quando Farinac. dict. quæst. 190. num. 188.* & hæc applicationem sive regio faciendam in Hispania affirmat Couar. *suprà*, & Mendoz. in *additionib. ad repet. inquis. verbo diuisio lit. A.* habere locum in bonis clericorum habentium beneficia, quæ non Ecclesiis à quibus stipendia recipientur, sed sive applicantur. In aliis verò regnis alia est consuetudo, ut testatur Farinac. *suprà*. Nam Placentiæ testatur ex Vmbert. Locato in *ind. inquis. verbo fisci, n. 1. vers. consuetudo*, consuetudinem esse diuidendi bona hæreticorum in duas partes, quarum vna applicetur sive Principis, qui benignissime brachium sancto Inquisitionis officio conferat, & altera applicetur sancto Inquisitionis officio pro eius conferatione. Eandem affirmat cum Burlato *concl. 43. n. 45. lib. 1.* esse Mantuæ iuxta decreta Pontificia, Mediolani tamen dici bona hæreticorum diuidi æquis portionibus inter sive ducem, Episcopum, & Inquisitorem: teste Claro *pract. crim. §. hæres. n. 11. vers. in hoc autem ducatu*, quem refert Tufch. *pract. concl. verbo hæreticus, concl. 102. num. 16.* Franciæ in ductum esse consuetudinem bona immobilia etiam clerici ad degradationem, vel perpetuos carceres condemnati spectare ad Regem, vel ad dominum temporalem impetium ibi habentem, Mobilia verò Episcopo applicari secundum Oldradum, Rebus. Petr. Gregor. & alios relatos à Salzedo *pract. crim. c. 11. verbo hæreticus, circa finem*, contentur Couar. *lib. 2. variarium. c. 9. n. 12.* Peregrin. *de iure fisci lib. 4. tit. 5. n. 31. vers. clericorum bona*. Sabaudie affirmat ex speciali constitutione Gregor. XIII. edita die 28. Septembris anno 1584. hæreticorum bona diuidi hæc ratione, si eorum valor mille scuta non superauerit, Cameræ, & sive ducali minister applicetur, & altera officio sanctæ Inquisitionis. Quod si dicta bona valorem mille scutorum exsuperent, omnia applicentur eidem Cameræ, seu sive ducali. Debent tamen duci ministri pro qualibet confiscatione realiter, & cum effectu, & sine vlla mora sanctæ Inquisitionis officio scuta quingenta omnino persolvere.

6. Tandem aduertit & optimè Farinacius *suprad. loco in fine*, ne Principes, & domini temporales, quibus vel ex consuetudine à Romano Pontifice approbata, vel ex illius speciali concessione pars aliqua in bonis confiscatis conuenit, negligentes sint in exequendis mandatis Inquisitorum, aliquo non solum porzione bonorum confiscatorum illis debita priuati remaneant, & indigni reputantur, sed tanquam hæreticorum defensores, & fautores inquiri iure poterunt.

PUNCTVM XXIV.

An excuset hæreticus supradictam pœnam confiscationis bonorum, eo quòd respiciat, vel misericordiam postulauerit.

1. Spectato iuris rigore nunquam hæreticus hæc pœnam vitare potest.
2. Ex misericordia remitti potest, si antequam accusatus, vel denunciatus sit, peniteat.
3. Secus verò dicendum censetur, si post publicatam dictam reus misericordiam exposculet.

1. Longissimum esset recensere omnium placita, dicam quid mihi probabilius appareat. Dicendum est ergo spectato iure hæreticum nullo modo supradictam pœnam efficaciter vitare posse; quia hæc pœna confiscationis delicto annexa est, *cap. cum secundum leges de hæreticis, in 6.* Ergo semel commisso delicto pœna hæc excusari non potest. Dices non excusari ab illa pœna contrahenda, at ab illius executione excusari ob penitentiam. Sed contra quia hæc excusatio, quæ remissio est pœnæ per legem impostæ ex alio lege, vel decreto Pontifici consistere debebat. An nulli constet penitentibus hæreticis bona confiscata remitti debere? Ergo non sunt illis remittenda ex iuris rigore. At ex benignitate, & misericordia præstat aliquando remittere (quidquid contra teneat Contrad. Brauns *tract. de hæreticis, lib. 5. c. 6. n. 9. & 10.* Nam textus in *cap. argenti, de hæreticis*, sufficiens præstat fundamentum ad hæc gratiam præstandam. Inquit enim Pontifex: Neque ad eos, scilicet hæreticos, bona eorum vltimò reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium misereri aliquis voluerit. & ita tradit glolla ibi. Abbas *num. 2. in 5. notab. Felin. num. 2.* Vmbert. Locato *iudicial. inquis. verbo pœna, n. 10.* Simanc. in *Enchirid. tit. 58. rub. de penitent. n. 4.* Farinacius *quæst. 25. num. 16. & q. 190. §. 6. n. 144.* *Pegna directæ inquis. 3. part. comment. 158. vers. sed cum ex benignitate.*

2. Quòd si roges: quando ex benignitate remitti debeant hæreticis penitentibus bona?

Respondet

Respondeo primo, quod penitet hereticis & misericordiam postulat, antequam accusatus, vel denunciatus sit. sic Simancas de catholicis in situ. tit. 4. n. 16. & 17. Sanch. tract. de hereticis. c. 1. n. 3. Ioan. Calderinus tractat. de hereticis, num. 2. & 139. Franc. Pegna 3. p. direct. comment. 158. vers. serva similitudinem. iis que dixerat quasi. 93. comment. 142. Secundo, si postquam est accusatus, vel denunciatus, imo captus, statim errorem suum plene confiteatur, antequam dicta testium ei publicata fuerint, videtur ex benignitate bona illi esse remittenda: tradit Squallent. tract. de fide catholica. c. 30. num. 2. Farinac. q. 25. num. 6. & q. 190. num. 149. iuncto num. 135. Pegna direct. loco allegato, 2. p. comment. 9. ad c. vergentis. vers. 1. & secundo. Vmbert. Locat. Parisius, Roland. nuper allegat. At hoc non credo, quia tunc non ex voluntate videtur facti delictum, sed quia illo comictus est. Quapropter hic perpetuo carceri mancipatur, iuxta textum in c. excommunicamus. 2. §. si qui de hereticis. ibi, si qui postquam fuerint deprehensi redire voluerint ad agendam penitentiam, in perpetuo carcere detentantur. Intellego autem postquam fuerint deprehensi plene, hoc est, non solum capti, sed precipue testium depositione. In Hispania autem nemini hereticorum fit bonorum remissio, nisi tantum illi qui sponte errores suos fateatur, hoc est, qui nullo metu probationis, & testificationis ductus ad iudices fidei accedit misericordiam postulat. sic Simanc. tit. 4. de catholicis. infra. n. 3. & tradit Franc. Pegna 3. p. comm. 12. vers. magnam veniam. Dicitur autem nullo metu probationis duci ad faciendum errorem, quando non vocatus ob denuntiationem, vel accusationem iudice adit crimina confessarius, ut optime docuit Abbas in c. de hoc de simonia, & notavit Pegna sup. vers. & metu probat.

colligitur ex leg. ex facto. ff. ad Trebellian. & leg. Papinian. Si meminisse ff. de inofficioso testamento, & aliis que congerit Fatin. 1. p. praxis, quæstion. 25. à numero 69. & de heresi, q. 190. num. 28.

2. Notanter dixi teneri omnia debita criminosa solvere, si publice eius bona: nam si solum publice partem, pro parte tantum teneretur, quia tunc solum pro parte loco debitoris subrogatur, & deciditur leg. fin. Cod. de debitoribus eius. lib. 1. ibi pro rata rerum quas possident, conveniuntur. sic Simanc. de catholicis, instit. tit. 9. num. 122. Sanchez, lib. 2. c. 22. v. 74. & 90. Bonacina disp. 3. de contractibus quæst. 8. p. vlt. §. 4. n. 1. Farinac. quæst. 25. num. 178.

3. Item dixi esse fiscum obligatum satisfacere debita ante delictum contracta. Nam ad ea, que post delictum, cui est annexa poena confiscationis, contracta sunt, non obligatur nisi in quantum probatum fuerit in utilitatem delinquentis, & consequenter fisci impensa esse; quia ex bonis prius fisco obligatis solui posteriora debita non debent. sic Zanchez n. 76. Bonacina diff. §. 4. n. 1.

4. Cum autem dubium est, an sint debita contracta post delictum, quis debeat hoc probare? Didacus Cantera quæst. crim. rubr. de heres. c. 1. n. 21. affirmat debere opponentem probare. Sed verius est fisco semper incumbere, quia constat de debito, & obligatione. Ergo ut fiscus ab illa se eximat, debet probare post delictum provenire. Item nullus præsumitur delinquere, nisi probetur. Ergo neque contrahere in præiudicium fisci, sic Sanchez Bonacina supra & Farinac. quæst. 190. num. 28. Quod si delicto annexa non sit poena confiscationis ipso iure, sed veniat imponenda, tenetur eodem modo debita solvere, ac si ante delictum contracta essent, quia tunc delinquens obligare sua bona creditoribus potest, cum non sint fisco proprie obligata & quasi hypothecata, alias possent omnia bona in tertios alienata auocare, hypothecaria actione, quod est falsum, ut bene dixit Bossius tit. de bonorum publicatione n. 181. Farinac. 1. p. praxis, quæst. 125. n. 190.

5. Modus autem, quem servare debet fisco in satisfaciendis creditoribus, is est. Primò, ut satisfaciat creditoribus quod tales esse constiterit solo summario examine, & veritate inspecta, neque definitivam sententiam spectet. colligitur ex leg. si quis post hac, in princ. Cod. de bonis præscripti & ibi Salicet. in fine Farinac. quæst. 25. n. 176. Clarus pract. q. 78. vers. sed quare. Sanchez, lib. 2. c. 22. n. 81. & alij apud ipsos. Et ratio est manifesta, quia delinquens solo hoc summario examine, & veritate inspecta obligatur debita solvere. Ergo similiter obligari debet fiscus, qui loco illius subrogatur.

6. Secundo debet satisfacere pro viribus bonorum confiscatorum, & non ultra, etiam si inventarium non confecerit, quia fisco solum ratione bonorum obligationem satisfaciendi creditoribus subit. Ergo non potest ipsa bona accepta excedere obligatio. Neque obstat hæreticum non confecerit inventarium teneri debita solvere ultra vires hereditarias. §. si verò non fecerit, authent. de hereditibus, & falcidia, & authent. sed cum test. in fine, Cod. ad leg. falcid. quia hoc in fisco non procedit, qui proprie hæres non est, ac proinde obligatus non est conficere inventarium: ut tradit Bart. in l. 1. §. an bona, & ibidem Alex. in additomb. ff. de iure fisci, sic Clarus pract. q. 78. n. 30. Bossius pract. tit. de bon publicis, n. 23. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 64. Sanc. lib. 2. c. 22. n. 83. Fatin. q. 25. n. 183. & segg.

7. Tertio debet satisfacere ex bonis confiscatis, & incorporatis, non ex debitis postea confiscandis: sicut enim ipse debitor delinquens non poterat creditoribus iniuris dare insolventium nomina sui debitoris: ut colligitur ex l. cum à quo, & ibi Bald. & Salicet. C. de solutionib. sic neque fisco loco debitoris subrogatus id facere poterit: sic aliis relatis docet Fatin. diff. q. 25. num. 174. & 175.

8. Quarto, satisfactio præstanda est creditoribus vnius territorij ex bonis ibidem confiscatis, non ex bonis alibi confiscatis, quia creditori satisfaciendum est eo in loco, vbi contractus celebratus est, non alibi ipso creditore invito. l. si quis certis, & ibi Bart. diff. de eo quod certo loco & sicut quilibet fisco bona sita in suo territorio occupare potest, & non alia; ita debita ibidem contracta satisfacere debet, & non alia. Quod si creditores vnius territorij vellent sibi fieri satisfactio ex bonis alibi confiscatis, & ad diuersum fisco pertinentibus non tenetur eis fisco solvere, cum bona confiscata in illo territorio sufficiant, qui cito creditor habens bona debitoris sibi hypothecata, possit ex quibuscumque illius bonis, etiam in alio territorio sitis, petere satisfactionem fieri, ex text. in l. creditoribus ff. de disp. pignor. at facta confiscatione id fieri non potest, ne fisco vnius territorij omnibus bonis confiscatis sibi pertinentibus priuaretur, altero fisco illo remanente, sic relato Cyno, Pet. Bald. & Angelo in l. ex facto ff. de hereditibus instit. tradit, Farin. q. 25. n. 173. Clarus pract. quæst. 78. vers. sed quare, an hoc casu Sanchez lib. 2. cap. 22. num. 78. At si bona vnius territorij debita ibidem contracta solvenda non sufficerent, ex bonis in alio territorio sitis, illis esse satisfaciendum, quia absolute sunt bona delinquentis, qui est obligatus, cuius obligationis satisfactio præferenda est iuri per fisco acquisito, sic Clarus, Sanch. Fatin. supra.

PUNCTUM XXV.

Qualiter fisco satisfacere debeat creditoribus delinquentis, cuius bona publicantur, ipsæque delinquens liber maneat ab obligatione eis satisfaciendi.

- 1 Fisco tenetur satisfacere omnia debita criminosa ante delictum contracta, si publice omnia eius bona.
- 2 Si publice partem, pro parte tenetur.
- 3 Tenetur satisfacere debita ante delictum, sed post delictum nisi in utilitatem delinquentis conferantur.
- 4 Fisco incipit omnia probandi debita contracta esse post delictum.
- 5 Satisfacere debet creditoribus, quos constat tales esse summaria in informatione facta.
- 6 Debet satisfacere pro viribus bonorum confiscatorum, & non ultra, etiam si non confecerit inventarium.
- 7 Ultra debet satisfacere ex bonis confiscatis, & incorporatis, non ex debitis postea confiscandis.
- 8 Item ex bonis sitis in illo territorio, vbi adsunt creditores.
- 9 Debet iis satisfacere prius fisco, quam si de iussu delinquentis.
- 10 Fisco conveniri potest via executionis si delinquens eadem conveniri poterat.
- 11 Fisco prius creditoribus, quam sibi pro expensis factis satisfacere debet.
- 12 Facta confiscatione liberatur debitor à satisfactione exhibenda creditoribus: tamen si ad pinguiorem fortunam deveniat.
- 13 At si confiscatio non fuit omnium bonorum, sed partium, pro parte tenetur delinquens.
- 14 Propriè quoad obiectum, & fit illi satis.
- 15 Si ex gratia Principis reddita sunt bona delinquenti, tenetur satisfacere creditoribus.
- 16 Fideiussor delinquentis tenetur satisfacere creditoribus, casu quo fisco non satisfecerit.

Onat apud omnes teneri fisco publicantem bona alienata, quia fisco licet non sit proprie hæres, eo quod condemnatio vniuersi succedat, habetur tamen loco hæredis, ac proinde sicut hæres tenetur ad debita solvenda defuncti, ita fisco ad debita delinquentis: ut bona delinquentis solum reputantur ea, quæ deducto ere alieno supersunt: ut expresse habetur in l. non delinquens tenebatur, siue ex marito, deposito, commodato, legato, fidei commissio sint contracta; siue ad ea ciuilitate, siue naturaliter tantum obligatur, quia est vniuersalis successor succedens in omni actione tam actiua, quam passiva delinquentis, &

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.